omnibus poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus
Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq et aliis quibusvis iuris remediis
et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua
praesenti personali recognitione ac praemissa omnia mediante.

Łopuszanska Ossolinskiego Quietat et Eidem Statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemislien Nobilis Anna Dobrzanska olim Nobilis Basilii Łopuszanski consors relicta vidua sana mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus Iurisditionibusq suis quibusvis propriis et competen recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Praemisliensi Iurisditioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit quia ipsa suo et Nobilis Theodosiae Łopuszanska Nobilis Nicolai Chanarowski consortis suae vero recognoscentis filiae pro cuius rati habitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine Magnificum Nicolaum de Tęczyn Ossolinski et eius posteros de causa et actione inchoanda per se recognoscentem atq praefatam Nobilem Chanarowska eidem Magnifico Ossolinski ad officium praesens Castren Praemislien ratione Statutionis Laborysonem Danko Dziesiętnik de villa Trojca Aeconomum et Administratorem bonorum eiusdem Magnifici Ossolinski facti infrascripti et violentiarum primarii motoris et principalis Sum Danko woźny Iwan Tychoniak Salomonik de praefata villa Trojca Lucam Radowicz Misko Dziesiętnik Iwan Popowicz Zubska gorny Ruszak de villa Łodzinka nec non Popowicz de villa Sanna aliorumq ipsorum comprincipalium subditorum praefati Magnifici Ossolinski ratione per ipsos subditos praefatos tempore in protestatione eo nomine corba ipsa per se recognoscentem facta specificato vi et violenter in villam Cisowa Advocatiam delatiad invasionis in domum subditi delatrius Lubomirchowka

844 Gronski ingressionis # bovum in numero decem atq Equo coloris gniadi delatricis proprio itidem receptionis et ad domos suas deductionis aliarumq violentiarum perpetrationis instituta et intentata Tum de processu quovis ad decreta quibusvis ea in causa prolatis in quocunq puncto et gradu iuris dependen et in diem actus praesentis intercedent Tum et suprascriptos subditos de protestatione praefata contra ipsos ratione praemissorum facta quietat emittit liberumq et absolutum pronunciat processus quosvis ac decreta in causa eadem prolata protestationemq praefatam in toto et tota cassat mortificat et annihilat sibi et suis posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium. Nihilominus suprascripta recognoscens Nobilis Zopuszanska debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus praefato Magnifico Nicolao Ossolinski eiusq posteris inscribit et obligat ipsam suprascriptam Nobilem Theodosiam Chanczowska cum assistentia mariti ipso ad approbandam per ipsam inscriptionem praesentem Quietatoriam vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis aut Sententia Regni intra decursum sex septimanarum adducere et personaliter statuere ab eaq ut praemissa exequatur efficere Sub damnis Terrestribus simpliciter absq quovis corporali iuramento taxandis et exigendis per praefatam Nobilem Zopuszanska suive successores eius suprascripto Magnifico Nicolao Ossolinski suive eius posteris ob non statutionem suprascriptae Nobilis Chanczowska filia sua pro tempore et loco super expresso ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absq corporali iuramento taxandis modo praemisso ad solvendum succumbentis ac re aliqua principali ex praemissis non completa complendaq Citata existens memorata Nobilis Zopuszanska vel ipsius Successores Ad instantiam suprascripti Magnifici Nicolai Ossolinski vel ipsius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante Semper in primo Citationis termino tanquam

\# consortis ipsius captivationis, funibus ligationis, rerum et suppellectilis domesticae effractis foribus camerae receptionis perceptione

peremptorio stare iuri parere respondere damna praefata Terrestria simpliciter taxata lucere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Illum terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes cau(s)s eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori miseriorem notate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictionem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem vero ad proximos terminos officii praefati castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo. Nullasq motiones appellationes et eisdem prosecutiones faciendo. Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione. Terrestri bello conventione et alijs quibusvis iuris remedijs et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo. Itaq sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Quarta post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto. 17/III

Skarzynski Conuentui FF. Discalceatorum Praemislien. cedit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan.